



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animæ. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

XXVIII. Oratio devoti amatoris Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

tua Domine ; quam maxime ostendis super omnem creaturam tuam, sine numero & mensura.

Rom. 12.

Dei vero
inscrutabilia.

O altitudo divitiarum sapientiae & scientiae Dei, quam profunda sunt iudicia tua, & vera à seculo usque in finem seculorum, super bonos & malos, super gratos & ingratos, super pios & impios; ita ut nemo possit plene investigare opera tua nec debeat juste conqueri in aliquo facto improviso. Benedictus, ergo semper Deus meus.

CAP. XXVIII *Oratio devoti
amatoris & laudatoris
Dei.*

Psal. 140

Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum, in conspectu tuo.

Cupio Domine Deus meus cum omnibus Sanctis tuis, & creaturis, in omni loco & tempore, devote te laudare, benedicere & praedicare, & puro corde semper amare; & super omnia opera tua, nomen sanctum tuum magnificare & exaltare in perpetuum; quoniam

niam tu es Deus meus, & ego
pauper servus tuus.

Tu lux mea, & spes mea, Deus
meus, Tu fortitudo mea, patien-
tia mea, laus & gloria mea, Deus
meus. Tu sapientia mea, & pru-
dentia mea, pulchritudo mea, &
dulcedo mea, Deus meus.

Tu musica mea, & cithara, or-
ganum meum & tympanum
meum, Deus meus. Tu psalmus
meus & hymnus meus, cantus
meus, & júbilus meus, Deus
meus.

Tu galea mea & lorica mea,
arcus meus, & gladius meus,
Deus meus.

2. Tu thesaurus meus, aurum
meum, argentum meum, talen-
tum meum, ad solvendum omne
debitum meum, Deus meus.

Tu domus mea, & castrum
meum, & palatium meum, Deus
meus. Tu scutum meum, & vexil-
lum meum, turris fortitudinis &
defensor vitæ meæ; Deus
meus.

Tu hortulus meus, & poma-
rium meum, viridarium meum,

§ 6

Deus ani-
mæ a-
manti o-
mnia.

Hinc il-
lud sancti
Francisci
Deus
meus &
omnia;

Nam in
uno Deo
amans a-
nima om-
nium vo-
torum

summam
habet.

Id est:

Quicquid
alii aliun-
de captat
honoris
opulen-
tiæ, vo-
luptatis
scientiæ,
solatii,
prote-
ctionis,
& securita-

eis, deli-
ciarum,
&c.

Id omne
in solo
Deo ab-
unde re-
perit.

& refrigerium meum, Deus meus.

Tu aula mea, & mensa mea,
cibus meus & potus meus, Deus
meus. Omnis enim cibus, qui non
est à te coctus & paratus, insipi-
dus est mihi, Deus meus.

Tu cinnamomum meum &
balsamum suavitatis meæ, nar-
dus mea & electa myrrha mea
cum pretiosis unguentis, Deus
meus.

Tu rosa mea & lilium meum,
tu sertum meum & corona mea,
Deus meus. Tu thalamus meus
& lectulus meus, sudarium meum
ad tergendum, linteum ad invol-
vendum, Deus meus.

3. Tu lucerna mea & lampas
mea, candelabrum meum & sidus
meum, Deus meus.

Tu liber meus intus & foris
scriptus, Biblia mea, in qua tota
sacra Scriptura jacet, magister
meus & Deus meus.

Tu lector meus, & instructor
meus, medicus meus & apothecarius
meus, Deus meus.

In te omnia invenio & habeo
te donante & miserante; & quic-
quid extra te quæro & deside-
ro,

ro, parum, vel nihil mihi prodesse sentio.

Aperi ergo cor meum in lege tua sancta; redde mihi lætitiã salutaris tui; dilata cor meum ad currendam viam tuam; confirma me in verbis tuis; quia non est, qui adjuvet, non est, qui præter te saluum faciat, & ad vitam æternam perducatur.

Exaudi me Deus meus, cum deprecor, cum tribulor, cum lætor, cum sanus sum. In omnibus me tibi commendo, & te in æternum benedico. Amen.

CAP. XXIX. *De unione cordis cum Deo habenda.*

Converte anima mea in Psal. 114.
requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.

Ipse enim est requies tua, & pax tua; ipse vita, salus & beatitudo tua. Igitur omnia opera bona, quæ facis, vides, & audis, semper ad laudem Dei referas, ut pacem & bonam conscientiam habeas.

Omnia ad Deum referenda.

Non in te, nec in alijs stes, nec